

Ann. VI.

Num. XXIII.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
**ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA**

**Subnotatio fieri potest:**

**IN RUSSIA**

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA" Apud BURNS AND OATES

**VARSAVIAE POLONORUM**  
Rakowskie Przedmiescie, 15.

**IN ANGLIA**

Apud BURNS AND OATES

**VARSAVIAE POLONORUM**  
Krakowskie Przedmiescie, 6

**LONDON W.**  
28, Orchard Street.

**IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.**

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

**NEW YORK**  
52, Barclay Street. 436, Main Street.

**IN GERMANIA**

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

**RATISBONAE** in BAVARIA

**IN CANADA**

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

**MONTREAL**  
1699, Rue Notre-Dame.

**RERUM INDEX**

COMMENTARII « Vox Urbis » SOCIS ET LECTORIBUS IN AN. MDCCCCIV.	<i>Vox Urbis.</i>
De distributis operibus . . . . .	Senior.
In festum Mariae Sanctae ab origine Immaculatae elegia . . . . .	I. Bonavenia.
De Latina eloquentia in Archigymnasio Taurinensi . . . . .	Subalpinus.
Ephebi canentes, quos Lucas DELLA ROBBIA expressit . . . . .	Laelius.
Theodorus Momnson . . . . .	I. Antonelli.
Consistorii aula in Palatio Vaticano . . . . .	I. F.
Geographicae notae . . . . .	M. Lani.
Saturnio. Comoedia Latinis versibus conscripta et in tres actus distributa . . . . .	I. B. Francesia.
Diarium Vaticanum . . . . .	Actuarius.
Selecta ex bibliothecis et archivis. De recta pronunciatione latinae linguae dialogus . . . . .	I. Lipsius.
Annales . . . . .	Poplicola.
Aenigmata . . . . .	Fr. Palata.
Libri recens dono accepti . . . . .	

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem . . . . .	Viator.
Epistolarum commercium . . . . .	A Secretis.

**ROMAE**

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCLIII

## RUIT HORA!

Titulo hoc est distinctum **horologium recens inventum** ac perpendiculo motum, cui id peculiare, praeter dimetiendi **temporis miram diligentiam**, posse ad libitum a quovis homine, etiam a puer, componi atque dissolvi, dempta prorsus vetere illa opinione, huiusmodi machinas **aliquid secreti et difficilis continere**, ut qui artis mysteria penetraverit, ille unus libere tractet.

Nec credat quisquam de puerili quodam lusu agi, quum contra horologium hoc solidum item elegansque praebeatur; tale immo, ut sine dedecore studiorum conclave, vel ipsam mulierum exedram ornare queat. Est enim totum ex aere affabre insculptum et figuris decorato; perpendiculum ipsum specimen artis exhibet, haederaceum folium.

Horologium ad iubentem mittitur probatum, in partes suas numeris divisum una cum paucis iisque simplicibus adnotationibus, quae plane indicant quomodo brevi temporis spatio integrum restituatur. Qui vero iam in promptu cupiat, ita habebit.

Premium horologii “**Ruit hora!**”, ante solvendum, est Romae **lib. 4, 90;** extra Urbem lib. 5, 80. Pro exteris gentibus addantur insuper diribitorii involucri expensae.

Mandata horologii mittendi et pecunia dirigantur ad

**EMPORIUM DOMINICI.** — (Romae, via Tomacelli, 13).

## SOCIIS MONITUM.

**Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae «*Congregationes*» aguntur.**

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

PRE  
In Italia: Li.  
Lib. 15, M. 12

COMM

SINGULIS exeuntibus  
Commentarii no  
et veluti quadam su  
quirere, tum futura  
quasi disponere et o  
nunc obtemperantes,  
hoe nobis anno co  
quadam perfundimus  
maxima haerentes,  
quia plura, trans pr  
buimus, tum quia p  
vix consequenturos n  
sperabamus. Singula  
bonum faustumque lat  
adderetur latinis reb

Ac primum est de  
ris singularibus, quos  
viros aut eventus pecu  
scribendos: eos felicie  
bus undique clarissimi  
Quibus numeris in ex  
prouti in fascieulo de  
plissimi virorum totu  
quum sponte meritos r  
et astronomico eximio, l  
pulchre sententiam e  
moni inesse aliquid  
quo veluti necessario u  
rint et omnibus comm  
commune sentire. Quo  
non placitis sed re,  
dentina emergebat in l  
sensus, quo, longe ali  
et adhuc viva est, et  
unitatem gentium civi  
bono animo ad eam ge

Atque hoc ingens l  
earum disciplinarum e  
nuperrimo Aprili niens  
confirmavit. In illo e  
nobis augendae caussa  
enim illie res nostra  
et Anglis commendari  
qua inter antiquitatis

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

## PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

## COMMENTARII "VOX URBIS", SOCIIS ET LECTORIBUS IN AN. MDCCCCIV.

**S**INGULIS exeuntibus annis, quotquot ab initio Commentarii nostri fluxerunt, nobis de more et veluti quadam sub lege fuit tum peracta requiri, tum futura et facienda prospicere, et quasi disponere et ordinare. Eadem assuetudini nunc obtemperantes, et memoria repetentes quae hoc nobis anno contigerunt, quasi voluptate quadam perfundimur, tum quia, promissis fide maxima haerentes, omnia complevimus, tum quia plura, trans promissa, praetergressi exhibuimus, tum quia pleraque acciderunt, quae vix consequuturos nos fore, saltem tam cito, sperabamus. Singula tamen eo pertinebant, ut bonum faustumque latinis litteris esset, novumque adderetur latinis rebus iubar et incrementum.

Ac primum est de illis fasciculis, seu numeris singularibus, quos aut circa praestantissimos viros aut eventus peculiares constitueramus esse scribendos: eos feliciter edidimus adlaborantibus undique clarissimis nobiscum scriptoribus. Quibus numeris in exarandis praesto fuerunt, prout in fasciculo de P. Angelo Secchi, amplissimi virorum toto ab orbe terrarum, qui quum sponte meritos redderent honores physico et astronomico eximio, latino usi eloquio, nostram pulchre sententiam comprobabant, latino sermoni inesse aliquid universale et perpetuum, quo veluti necessario uti debeant quotquot volunt et omnibus commune dicere, et omnibus commune sentire. Quocirca non dicto sed facto, non placitis sed re, non auctoritate sed evidentia emergebat in latinitate esse vitam, esse sensum, quo, longe aliter ac nonnulli asserunt, et adhuc viva est, et opportune porrigitur ad unitatem gentium civitatumque complendam, si bono animo ad eam gentes redeant et civitates.

Atque hoc ingens latinae rei fatum historiarum disciplinarum conventus, Romae ineunte nuperimo Aprili mense habitus, lueulentissime confirmavit. In illo enim, dum nos scientiae nobis augendae caussa unice adstamus — non enim illic res nostra agebatur — a Germanis et Anglis commendari audimus ut latina lingua inter antiquitatis et scriptorum veterum

litterate peritos in disceptationibus et scriptis adhibeatur, audimus vota ut in omnibus eruditorum coetibus propria ipsa et sola et communis omnibus fiat, qua omnes potissimum utantur, immo eo pergi, ut unica pronunciationis ratio apud omnes in latinis vocibus audiatur, et constituatur argumentum, quod futuro et proximo coetui agitandum, et decernendum proponatur. Hi fontes igitur, quasi ducente fato, nostrum influebant in rivum, mirabamurque nos, qui in speculis eramus, ista evenire nihil nobis conantibus, nihil agitantibus, sed tamen non mediocre exultantibus, quod veritas, quasi lux matutina, fulgeret, et necessitate sua irreversibilis loqueretur.

Numquid sine crimine, aut saltem sine suspicione criminis delitesceremus? Res quidem proprio pede procedebat, et ita procedebat, ut brevi iudicanda foret. At quid erat nobis in aliena re quaerendum? Mussabamus incerti, et, — cur non dicam? — trepidatione afficiebamur circa ea quae iniuriam, quum omnes abrupti moras, et in aequum prodire iussit conventus ille Helleno-Latinus, qui res nostras ex professo agebat, totumque Orbem terrarum solemnitate sua provocabat, ut Romae adisset unitatem suam pristinam restituendi, quum, materno usa officio, quotquot ab ea fuere et sunt populi ad sua moenia advocabat. Nostra igitur vox, — hoc namque solemne fuit nobis munus indictum, — in coetu illo amplissimo Capitolino consonuit, verbaque priscae Romae restituit, ubi tot iam antea saecula sonuerunt. Memoranda nobis aeternumque iteunda illa dies, quae talia vidit et audiit; sed quae mox insecura est superioris initia et omina longe excessit; tune enim, veteribus iuvantibus et novis amicis ipso in campo acquisitis, etsi tenaces propositi sui nonnulli adversantur, illud denique decernitur et sollemniter firmatur « ut sermo latinus inter gentes universas communis habeatur, et adhibeatur ad humanitatis commercium fovendum, augendum, tenendum », pluraque praeterea constituuntur, quae ad matu-

randa haec optata et statuta vel sternant iter, vel ad metam maturius adipiscendam conspirent (1).

Iamque haec praeter optata, non quidem super debita consequenti, laurea quadam decorati a certamine procedere videbamus, — aucti etiam gravitate et erecti auctoritate librorum latina docentium, qui nonnihil Commentario nostro eiusque scriptoribus in latinis tribuant et adjudicant (2) — non eo tamen animo ut, seigniores facti tanta Victoria, super lauros requiesceremus; sed erat consilium donec vires sufficiente toto Marte dimicandi, et ulterius provehendi latinas res, ne socordia nostra quid detrimenti caperent, nobis in omnia paratis. Hinc dociles praebuimus aures consiliantibus undique benevoli amicis, ut quaeque nostra crescerent et amplificarentur. Pluraque, — praesertim extremis his mensibus —, data sunt documenta, quibus ut gereremus morem moras interserere non dubitavimus, et cunctari, antequam, quae facienda essent in posterum, polliceremur. Praecipuae vero sunt voces, quibus ita monemur: — « Nimis, — aiunt, — vestris confiditis viribus, vestrarum certi, alienarum incuriosi, quae in medio spatio saepe labuntur et corruunt antequam optatum portum arripiant. Videlis vestram sententiam belle germinare; at nihil repentinum durabile. Crescenti arbori necessarii anni sunt, non dies; quercus saeculorum opus, arundo dierum; at illa diurna, haec brevis. Necesse est facilibus et obviis educare; per gradus procedendum. Commentarius vester aliquid habet nimis abundans, nonnullis caret quae iis praesertim opus sunt, qui latinum eloquium maxime pae manibus habent. Ut communis fiat, necesse est, ut cuiusvis in potestate esse possit; itaque et ante omnia minuendum subnotationis pretium ». Addebat insuper: — « Tanta moles commentarii est — commentarii latine unice scripti! — ut quindecim

(1) Cfr. an. VI, num. XI.

(2) CH. ANDRE, *Le Latin et le Problème de la Langue Internationale* (Paris, 1903). — A. BARTOLI, *Stilistica Latina* (Mediolani, 1904), et passim.

dies ad legenda et gustanda quae continet, breves habeantur. Igitur semel in mense prodeat: habebunt inde etiam maius commodi legentes. Eequid? Fideles amici non deerunt, quorum utilitati consulatis et commodo; novos acquiretis miti pretio et exiguo, et angustiore ipso spatio: legent plures, optabunt plures et potent». Haec monita praecipua, quibus tandem experiendi caussa acquiescere statuimus.

Itaque Commentarius noster a mense Ianuario MDCCCV singulis tantum kalendis prodibit. Dimidiati Commentarii pretium ultra tamen dimidium erit; nam exteris Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25; Italieis autem Lib. 4,80 patebit (1).

Immutationem hanc experimento, inquam, probare instituimus, ut Commentarii emptio cuique facilis praebatur, latiusque pateat ad obsequium sententiae, quam tuemur. Iis modo, qui

ut ista fierent suaserunt, munus esto, quo nos huius innovationis et excepti consilii non poeniteat. Oeius, quae sunt facienda, suscipiant.

Nee tamen dona deerunt subnotantibus, et quidem insignia.

Qui ergo integrum anni subnotationem, ut supra, miserit ad Aristidem Leonori equitem, Commentarii *Vox Urbis* possessorem et administratorem, (Romam, via Alessandrina, 87) unum e donis eligit, prout indieamus:

a) Tabulam metr. 0,45 × 0,22 Pontificiae dominationis auspicationem referentem a Pio PP. IX an. MDCCXLVI peractam, et in Commentarii nostri commodum unice ex antiqua tabula desumptam; *sive*

b) Collectionem chartularum electissimum, quae distincta coloribus praecipua Romae, aut eius vicina reddunt; *sive*

c) Urbis e Ianiculo monte prospectum. (Tabulam aere eusam metr. 1,10 × 0,24).

Donum vero, quod voluerit, quisque subnotans petet *primum intra mensem ab eius subnotatione* et cum ipso subnotationis pretio.

Haeret spes animo haec industria plurimis adiumento nos fore, ut minimo Commentarium impendio acquirant, cui unum est latini dignitatem eloquii fovere, unitatem et fraternitatem omnium gentium augere unitate sermonis, commercia amplificare, cultum et humanitatem provehere, omnibus denique artibus et disciplinis dare incrementum, quibus Latina Mater, Roma, dedit exordium.

#### VOX URBIS.

(1) Socii, qui subnotationis pretium pro an. MDCCCV ad nos iam miserunt iuxta taxationem antiquam, poterunt redundantiam repetere. Nisi id fecerint, eorum subnotatio producta computabitur usque ad soluta pecuniae complementum.



#### DE DISTRIBUTIS OPERIBUS.

PLURIUM nutrita sermonibus duplex per populos pererebrescit opinio, (si vero attente perspexeris una est), quae fert esse homines omni penitus labore vaenos, omnium operum prorsus expertes, et ideo, – teneatis risum oro, – huiusmodi esse felices, esse beatos. Eetur? Quia divites dueunt in bonis dies suos, et nullius, rei et hominis, egentes, copia plena fruuntur ad senectam. At quaenam beata vita esse potest inevitabiliter interitu praeparante finem? Minitante morte quotidie, quaenam beata vita esse potest? Immo eo magis infelix ac trepida, quo rebus opulentior et affluens, a quibus aliquando atrocissime divelli necesse sit.

Nemo, iudicio meo, Romanis comparandus divitibus haec opinione imbutis: « carpendum esse diem, prout sors, diuine dedissent » (1); post hunc, ineundum esse iter illud tenebrioscum, unde fas nemini redire (2); nemo Romanis iisdem (num Crassum loquar? num Lueullum?) affluentior opibus omnibus. Legamus iam historias illius temporis; felices illos esse non reperiemus. Qui quidem ut beatam sibi vitam adstruerent, perosi otium intolerabile, quod antea tale experti erant, incredibilis quaeradum aggressi sunt, ipsius naturae conditionibus indicentes, et gerentes bellum, quo saltem occuparentur. « Nam quid ea memorem, quae, nisi iis, qui videre, nemini credibilia sunt, a privatis compluribus subvorsos montes, maria constrata esse? » (3) Neque post illa Lueulliana portenta, – Lueullo enim et aequalibus pluribus visae sunt ludibrio fuisse divitiae, quippe quos honeste habere, probeque frui et uti licebat, abuti per turpidinem properabant, – sequenti saeculo ii defuerunt, quos eadem sollicitudo erueiatusque vexarunt; nam Horatii aetate eadem fieri videmus dum canit (4):

(1) HOR., *Od.*, lib. I, 11. — TIBULL. passim, et idem HOR. lib. I, *Od.* 9.

(2) CATULLUS, *Carm.*, III.

(3) SALLUST., *De Coniurat. Catil.*, c. 13.

(4) HOR., *Od.*, lib. III, 18.

*Contracta pisces aequora sentiunt,  
Iactis in altum molibus; hue frequens  
Caementa dimittit redemptor  
Cum famulis, dominusque terrae  
Fastidiosus: sed timor et minae  
Scandunt eodem quo dominus, neque  
Discedit a rata triremi, et  
Post equitem sedet atra cura.*

Cui quidem veritati morem inde rursus gerens, et fortasse apertius, fortasse etiam gravius, ista notabat (1):

*Intactis opulentior  
Thesauris Arabum, et divitis Indiae,  
Caementis licet occupes  
Tyrrenum omne tuis et mare Ponticum;  
Si fugit adamantino  
Summis verticibus dira necessitas  
Clavos, non animum metu,  
Non mortis laqueis expedes caput.*

Haec igitur eo redeunt, eoque pertinent, prout iam demonstravimus. Nemo eximitur a labore: vaeus ab opere nemo, velit, nolit. Qui si ea in conditione familiaris rei sit, ut nihil egat, nihil faciendum sibi sit, possitque in otio vivere, otioso illi esse non licet. « Natus est homo ut serviat » adagium est infinitae Sapientiae, quod quotidianae experientiae iudicium confirmat. Serviendum est enim necessitatibus corporis serviendumque necessario est, nisi mori velimus. Curanda mundities, sumendi cibi, indulgendum somno, recipienda vigilia, commutandi sermones, vitiis aut virtutibus, propriis, aut alienis magistratibus, maioribus natu, legibus, moribus quotidie parendum est; standum, deambulandum opportunitate iubente; dimittendae vestes, aut sumenda iuxta temporum vices, non iuxta arbitrium.

Omnia autem haec servitatem important, cum non voluntate propria sed necessitate gerantur. Adde nunc neminem sua sorte esse contentum, quemque conari ad aliquid assequendum, quod deesse sibi arbitratur; et nova ad mortem usque

(1) Idem, *Od.*, lib. III, 24. Iterum cfr. lib. II, *Od.* 15 ex professo eadem agentem.

laborum series et ordo apparebit. Quapropter cum Horatio vitae magistro petam (1):

*Qui fit, Maecenas, ut nemo, quam sibi sortem  
Seu ratio dederit, seu sors obiec'erit, illa  
Contentus virat?....*

Duabus haec omnia causis fiunt, iisque ineluctabilibus, sine quibus vita esse non potest, quae, duobus quasi mobilibus innixa cardinibus, irrequeta suapte, numquam requiescere potest. Inquies enim animus a cogitando, inquies cor ab optando numquam pausabunt. Hinc labor et curae, donec utrumque rapuerit « inclemencia mortis ». Nemo sibi fucum faciat. Aeger parebis morbo, medicis, adstantibus, doloribus, insomniis; sanus parebis tibi tuisque, parebis amicorum officiis, parebis uxori, liberis, maioribus natu, cupiditatibus tuis. Frustra iterabis:

*Beatus ille, qui procul negotiis,  
Ut prisca gens mortalium!...*

Ipse enim tam bene cantans,

*Hæc ubi locutus, foenerator Alphius,  
Omnem relegit Idibus pecuniam,  
Quærerit Calendis ponere.*

Nemo itaque speret laborem posse vitare; etsi enim, quod impossibile factu iudicamus tamen, omnino carere operum posset, ita unusquisque argumentose in suas res et alienas incumberet, ut operosissimam laboriosissimamque vitam et plerunque aerumnosam compararet. Haec experientia monet quotidie et ubique.

Quum igitur exploratum sit communem omnibus esse laborem, duo potius breviter expendenda suscipiam. Primo quaerendum utrum, necne, labor recte sit distributus. Postea utrum, necne, recte sit retributus. Toto caelo diversa quaestio. Cirea primam autem triplex laborum genus; alterum omnino ex animi ingenio; alterum omnino in exercitatione et ex contentione corporis habetur, tertium est utrisque cumulatis occupationibus et copulatis. Primos inter, ex. gr.,

(1) HOR., *Satyr.*, lib. I, 1, ex integro.

habetur astronomi hi omnes enim rantur, minime lanibus, celeri pede qui una ingenii et modi arbitramur necesse est ad atamen minor meritis artis hippocratica serutandis. Nec legati, tribuni praesertim aetate tetricis, physicis chirurgi, quam vi opus ab exercitatio seiungi; et ide animo pergitur in genus eorum est, manu, corporis ex ut agricultae, operum sectores, mur pastores, et hisce corporis exercitio ullus, quo sedeant, autem omnium opusmodum civitatis. homo hisce singulari societate multorum minis, suam quisque autem omnium effdens proprium, sicut nitate sua fruiturus.

Eece igitur lab gens necessitate societate distributio laborum cante; nam

Tu nihil invita

Sed vel alia div spiritu constat et officia in reliquos persolvenda, habet viventes, iuvandos pli. Hinc sacerdoti chorum et monialit shytero et parocho ad praeccone Evangelii eruciatis et mortuorum incepentem pro impiis Numini tem defunctis, et officio suo peccata a ria operum distribu

Vides igitur, earum quotquot adversus homines praedicant nos laborare, reliquos in alieno.

#### IN FESTUM

##### AB ORIGINE

E  
Te n' sperasse fore, in  
Cuncta super terra  
Parva, viden, secura,  
Iam tua lacteolo

(1) HORAT., *Ad Pisone*

(1) Ex cantu nebulis P

Chi se' sperar  
D'avvenenar

e prospectum. (Ta-  
0 × 0,24).  
quisque subnotans  
b eius subnotatione  
tio.

industria plurimis  
no Commentarium  
n est latini digni-  
m et fraternitatem  
ate sermonis, com-  
humanitatem pro-  
ibus et disciplinis  
tina Mater, Roma,

**VOX URBIS.**  
m pro an. MDCCLIV ad  
antiquam, potuerat re-  
e, eorum subnotatio pro-  
secuniae complementum.

**S**

arebit. Quapropter  
petam (1):  
*quam sibi sortem  
diccerit, illa*

s flunt, iisque ine-  
a esse non potest,  
innixa cardinibus,  
requiescere potest.  
itando, inquies cor-  
abunt. Hinc labor  
puperit « inclemen-  
sum faciat. Aeger  
antibus, doloribus,  
i tuisque, parebis  
ori, liberis, maio-  
. Frustra iterabis :  
*negotii,*  
*m!...*

ns,  
or Alphius,  
niam,

posse vitare; etsi  
iudicamus tamen,  
ita unusquisque  
tienas incumberet,  
namque vitam et  
pararet. Haec ex-  
bique.

communem omni-  
breviter expé-  
nerendum utrum,  
us. Postea utrum,  
oto caelo diversa  
triplex laborum  
mi ingenio; alte-  
et ex contentione  
risque cumulatis  
mos inter, ex. gr.,

habetur astronomus, magister, scriba, index; hi omnes enim mente, ingenio, memoria operantur, minime laboriosis brachiis, robustis manibus, celeri pede. Alterum est genus eorum, qui una ingenii et corporis vires exercent; huiusmodi arbitramur esse medicos, quibus ire, redire necesse est ad aegrotos interdiu, noctu; nec tamen minor mentis occupatio in voluminibus artis hippocraticae quotidie volvendis et perscrutandis. Nec alii ab illo sunt centuriones, legati, tribuni ducesque militum, in quibus, praesertim aetate nostra, qua bellum mathematicis, physicis chimycisque potius adminiculis geritur, quam vi et opere singulorum, mentis opus ab exercitatione et diligentia vigili nequit seiungi; et idcirco non minus corpore, quam animo pergitur in labores. Tertium denique genus eorum est, qui unice in graviora vi, manu, corporis exercitatione quavis incumbunt, ut agricolae, operarii, fabrique rudiores, lignorum sectores, murarii fabri, aratores, messores, pastores, et hisce similes, quibus vita est in corporis exercitio omnino, nec mentis labor est ullus, quo sedeant, et speculentur. Ex complexu autem omnium operum horum stat vita et commodum civitatis. Quum igitur nequeat unus homo hisce singulis fungi, necesse est ut in societate multorum vivat, in qua singuli homines, suam quisque det operam labori; laboris autem omnium effectu quisque utatur opus vendens proprium, sive commutans, pro opportunitate sua fruiturus alieno.

Eece igitur laborum distributio ex ipsa emergens necessitate societatis humanae. Eece recta distributio laborum, si fiat natura duce et voante; nam

*Tu nihil invita dices faciesve Minerra (1).*

Sed vel alia divisio operum est, quia homo spiritu constat et corpore, nec sua tantum habet officia in reliquos homines, sed habet Deo persolvenda, habet erga mortuos, habet erga viventes, iuvandos documentis, precibus, exemplis. Hinc sacerdotii omne genus, hinc monachorum et monialium species ab humili presbytero et parocho ad episcopum et Pontificem, a praecone Evangelii inter barbaros ferro et igne, eruciatibus et morte probando, ad solitarium unice incumbentem in preces et rependentem pro impiis Numini obsequia, et suffragia dantem defunctis, et expiantem voluntario sacrificio suo peccata aliorum. Patet ergo necessaria operum distributio. Ergo et retributio.

Vides igitur, candide lector, quam errent, quotquot adversus hanc operum divisionem diebus praedicant nostris, autumantes se tantum laborare, reliquos in otio esse, et opere vivere alieno.

SENIOR.

## IN FESTUM MARIAE SANCTAE

AB ORIGINE IMMACULATAE (2).

### ELEGIA.

*Te n' sperasse fore, infelix et pestifer anguis,  
Cuncta super terras halitu ut inficeres?  
Parva, viden, secura, nitens, intacta puella  
Iam tua lacteolo comprimit ora pede.*

(1) HORAT., *Ad Pisones.*

(2) Ex cantuunculis P. Hieronymi Tornielli e Soc. Iesu:

*Chi f' sperarti, serpente mafato  
D'avvenenar tutto il mondo col fato?*

*Maternoque latens claustru vel lilia vicit:  
Perstringit nimius Tartara caeca nitor.  
Hoc maculas candore suas pater occulit Adam,  
Dulces dum lacrimas fundere cogit amor.  
Atque: En, exclamat, primaero nata parenti,  
Unica nata patri funditus assimilis.  
Non opus est ramis illam foliisve tegatis:  
Ista mihi, ista Ecce tegmina digna meae.  
Oh! miserum terraram orbem! sic prima fuissest  
Ipsa mihi coniux; sors tua quanta foret!  
Talia dum fatur, sentit sub gutture pomum  
Retrogradi, et medio claudere verba sono.  
Illam oh! felicem, puram pulcramque! ita crescit  
Ut primo lucet mane serena dies.  
Noctibus Anna parens, capiunt dum membra quietem,  
Millia per somnum candida quaque videt.  
Candida quaque, sinu quod gestat, pignus adumbrant,  
Albentes volucres, lilia pura, nives.  
Et genitor soles bonus aurorasque revolvit,  
Implent sex enim abhinc mensibus ista caput.  
Sapphiros inter, caerulei per ampla sereni,  
Saepe illi visa est nata tenere viam.  
Cinthia visa etiam ter lacte abiisse laratum,  
Se cupiens plantis subdere virgineis.  
Hanc adeo electam quo gemmam temporis ictu  
Concepit puro concha venusta sinu;  
Alma polum Integritas liquit, terrasque peticit,  
Pulcra suis formis velaque nulla gerens.  
Rura iterum hinc Eden visit terrestria: risumque  
In moestis pinxit floribus illa suum.  
Laeta serenati explicere eacumina montes,  
Limpidaque ex omni fonte recurrit aqua.  
Quique aditum ardenti custos retat ense Cherubim,  
Vim abstulit et fregit cuspidis ignicoma.  
Pulcior interea properabat temporis hora,  
Qua pretiosa animam gemmula suscipere.  
Tum, prius ac terras liquido petat illa volatu,  
Dentque sibi stabilem membra tenella locum;  
Circumiit caeli orbes, aligerumque beatas  
Sedes: candidulae basia quisque dabat.  
Gratia quidquid habet, fert illa, et dona et amores,  
Laetaque festivos deserit inde choros.  
Qualis odoratis apis olim cessit ab herbis,  
Parcula sic venit delituitque sinu.  
Scilicet id nosti, id sentis, intacta puella,  
Factorem tecum ludere nempe tuum.  
Cor simul et mentem primo eis limine ritae  
Defers, atque Deo munera certa voces.  
O felix nimis! o formosa intactaque, nostrae  
Magnum naturae, sola puella, decus!  
Principium sublime tibi, tibi origine nullus  
Par hominum, humanum sic genus una praeis.  
Gaudia te natam excipiunt, nos poena dolorque,  
Est tibi libertas, nosque catena premit.  
Filia tu, nos serci nascimur atque rebelles,  
Dignus amor te, nos flagra odiumque, manet.  
O felix nimis, o formosa intactaque, nostrae  
Magnum naturae, sola puella, decus!  
Quo candore nites, tibi quanta est inde voluptas,  
Particulam rati da, precor, alma, tuo.*

JOSEPHUS BONAVENIA S. I.

## DE LATINA ELOQUENTIA

IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI (1).

**Q**UONIAM Boucheroni opella de Thoma Valperga in dies rarer fit, et plerisque forte lectoribus plane desideratur, haud me actum agere putabo, si in medium verba illa refaram, quibus nobis narrat quanam ratione Victorium Alferium Thomas ipse Valperga ad litterarum cultum eaelitus revocaverit.

(1) Cir. n. XX.

Hac enim narratione, ita se industrium egit, ut illorum sententiam facile refutaret, qui in vulgus tunc temporis praedicabant, romanam Lingua minime aptam esse ad omnia recte eleganterque dicenda, praesertim in iis quae ad recentiorum hominum indolem atque inventum pertinent.

Legentis percutiunt animum grandia magnifice, enucleate minora, suavissime suavia, felicissime nova descripta. En verba quae rem probe sub oculis ponunt: « Memorabilis haec peregrinatio Calusii fuit, ob initam tunc prium cum Victorio Alferio amicitiam. Olyssiponem hic venerat equos et amores cogitans, ac Britanniam brevi navigaturus; nam varius et multiplex nulla in re adhuc acquieverat. Forte contigit, ut primariam urbis matronam ambo salutatum adirent, ibique in multo sermone Calusius a circumstantibus rogaretur, ut nonnulla carptim e nostris poëtis legeret. Tunc Guidium easu oblatum, coepit recitare, delecta oda ea, quae ad Fortunam inscribitur, quum Alferius non idem amplius esse, sed modo attonitus percususque videri, modo subsilire atque interruptas voces emittere, postremo significantibus prae admiratione inter se omnibus, divinum id esse clamitans, ubertim flere. Tunc enim vero poëeos vim primum sensit vir egregius, quo intellecto, Calusius, ignotus ignotum amplexus, et fortis illos ardentesque oculos intuens: — Certum, — inquit, — omen agnosce; hanc flammat sequere: et tu aliquando in numerum poëtarum venies, meamque de te vaticinationem posteri accipient. — Sic ille popularem suum, magnum futurum, in laudis currículum impulit, quemadmodum Herodotus in maximo Athenarum conventu Thucydidem adolescentem exemplo suo dicitur impulsse ».

Neque est praetereunda nobilissima epistola, qua tribus suis commentariis simul collectis praefatus est, ad Caesarem Salutium, virum excellentem apud Subalpinos, quem Noster in oculis ferebat.

Eusebius Garitius, vir elegans atque latina-  
rum elegantiarum magister, quem amicitiae causa, libenter hic nomino, quemque in enarrando Carolo Boucherono sum fideliter secutus, de hac ipsa epistola scribit: « Quid enim pulcruis, quid laudabilius, quid antiquius, quid dignius homine docto, qui a multiplici rerum tractatione et assiduo optimorum scriptorum studio multa hauserat ad gentium ius, ad hominum populorumque fata, ad rerum conver-  
siones, ad civitates moderandas pertinentia? Evidem hanc ego epistulam diuturna meditatione considerans, videbar mihi videre, tamquam in tabula depicta, patrum nostrorum tempora, obversabantur mihi ante oculos domestica et bellica disciplina, discordiae civiles, concionatrix licentia, iuventus in pace sagata, Galli nostris persaepe iniqui, tribuniciae vociferaciones in assentationem conversae, memorabiles pugnae, victoriae, urbium et regnorum eversiones, triumphi atque lamentabiles casus maximi bellatoris ».

Quae quidem quam vera sint et graphicè Nostri elegantiam et rapiditatem in dicendo expromant, tute ipse videhis:

« Erant in aulae (Bellaqueae) cavaedio praetorianae veteranorum cohortes, postremos ho-

nores duci suo redditurae, et una cum illis fidelissimi, expeditionum socii. Ubi, desensis gradibus, in medium venit, ordines primo, uti solebat, circumiens, postremo consistens, silentio ab omnibus facto, haec verba dicuntur habuisse. — Vester modo imperator supremum iam vos alloquar, commilitones. Spectata virtus fidesque vestra documento sunt me eum tali milite reluctantem fortunam vincere adhuc potuisse, nisi certamini finem imposuissem. Sed satis datum et haustum sanguinis est; non ultra vos periculis obiiciam, neque externum bellum regnandi causa diutius productum, aut civile susceptum mihi, exprobrabit posteritas. Gloriosus erit depositum quam retentum imperium, si ipse ulti exsulando Europae quietem, Galliae pacem reddidero. Vos interea, si numquam imperatoris vestri poenituit, liberis et nepotibus narrate, quae fortiter simul per tot annos gessimus: audiant a vobis Araxen et Nilum, quos superavimus, horrentia sub frigoribus regna, quae intravimus, Gallie nominis famam in ultimos barbariae fines propagatam. Sed patriam pro qua vitam libenter profudisse, in primis observeate et colite. Quando ita fert cursus rerum humanarum, hinc decedam: sed locis se iunetus, animo, qui extra fortunam est, vobis adero, meamque causam uti decora, vestrae perpetuo devinctam arbitrabor. — Tunc milites, edito elamore, imperatore salutare, illaerymari, et undique effusi dexteram et genua complecti. Sed ille, euntes frustra querentibus, evanuit».

Hac lactea Livii ubertate et senili abditu quo Taciti acumine expressa et crebris dignisque cogitatu sententiis exornata, dum probe declarant orationis elegantiae in Bouheronem parem esse civilem sapientiam, gravi legitimis animum afficiunt dolore, quod subita mors seribentem oppresserit, cum elegantissimum opus ad finem perducere maturaret.

Sed in primis adparuit orator, atque ad oratorium genus adeo mirifice erat a natura comparatus, ut omnes oratoris numeros, quantum suis temporibus fieri posset, obiisse videatur. Censoria severitas toto ex ore eminebat, gravitas inerat sermoni, maiestas verbis; vividi argutique oculi intimas ac reconditas litteras indicabant, munditiarum studium, nitorem et elegantiam: iucunda et plenissima vox, incessus, motus corporis, vultus, hominis denique habitus, in eo euncta nescio quid romanum spirabant. Hinc fiebat, ut quamquam esset humanissimus et natura lenissimus, nonnulli Boucheronum reprehenderent, quod vel in scholasticis aeroasibus, nescio quid elatum in eius ore notarent.

SUBALPINUS.

### EPHEBI CANENTES, QUOS LUCAS DELLA ROBBIA EXPRESSIT.

**N**on semel in nostro commentario Fratrum *Della Robbia* mirae artis specimina ex coeta argilla exhibuimus, tam sociis probata, ut ad iteranda plures etiam invitaverint.

En igitur alius epheborum cantantium globus, quos Lueas effinxit. Non secus ac tabulae, quas alias edidimus (1), peristylum unde in templo Florentinorum maximo Deo musici psallerent, haec decorabat. Ephebi togati apparent, iamque musici satis imbuti, siquidem iuxta chartam modos sequuntur. Quanta quidem gravitate!

(1) Cfr. an. IV, n. XVIII; an. V, n. XXIII.

Qui, retro, in medio consistit digitis quoque certam temporum legem signat, quasi magister siet! Qui vero ab eius laeva est, capite ad manum applicito, sublimia intuetur: raptus ne cantus duleidine ad eaelestia trahitur?

Credo, si ipsi nos, qui non omnem humanitatem abieciimus, ipso harum figurarum intuitu facere non possumus quin delectatione quadam profundamur.

LAELIUS.

### THEODORUS MOMNSEN.

**D**e Theodoro Momnseño cum Romanus scribere instituat nescit plane utrum hominem recolat, an amicum. Ille enim, qui insuperato studio veterem historiam gentis nostrae funditus est prosequutus, quum eam enarraret, intimo visus est odio in genus latinum flagrare et quasi veteris immitiae meminisse, qua est Imperium Romanum a Germanicis barbaris



Ephebi canentes, quos Lucas *Della Robbia* expressit.

subversum. Adeo enim non modo in litteras nostras et artes, ut Graecis faveret, sed in memorias et traditiones, sed in ipsis romanae reipublicae viros prae ceteris maximos inimicos calamo pugnavit.

Nihilominus nullibi eum puto tam adsiduum fuisse quam nostra per litora, quae a Sicanis usque ad Alpes longe lateque constanti patiente gressu lustravit, musea visitans, bibliothecas colens, rudera serutatus, unde colligeret molem illam sapientiae veteris ingentem, quam non solum in libris de Romana historia, sed in latinarum inscriptionum illo *Corpo* pandit, inque plurimis opuseulis, quae foecundissimo semper ingenio edidit.

Germanus tamen vir ex animo exstitit, ut contendebat origine se esse. Danis enim ex provinciis ortus *Schleswig-Holstein*, redditus numerus Germanicæ genti, numquam irasciebatur magis, quam si audiret se Danum appellari.

Natus ille erat paulo post Napoleonie imperii eversionem, anno MDCCXVII, dum resonat adhuc recenti victoria Germania omnis, dumque fervent odia in Gallos renovata. Altonae prima studia fecit; athenaeum deinde Kielense adiit iurisprudentia operam daturus. Ab ea tamen disciplina mira ingenii alacritate deflectere late audebat, non tamen sapientiae suae detrimento, et philologicis rebus et poeticis navabat operam felicissime. Nonne ille est, qui anno MDCCXLIII carmina condidit lectissima; nonne ille recens, qui Cardueii nostri germanica lingua reddidit versus? Attamen eodem anno, quo poeta scriperat, docteur in iure, pereculo eximie facta, est consalutatus; quin etiam aere publico ad praemium donatus, primum iter per Gallos Italosque ad triennium instituit. Tum, ad centum paene, varios vulgavit de antiquitate libellos, de historia praesertim deque inscriptionibus, titulosque permultos, quos Neapolitanus in regno collectos edidit quasi auspicium maximi illius operis, quo monumentum aere perennius sibi exegit.

In patriam reversus, Germanos omnes et Danos novis cupiditatibus reipublicae evertendae flagrantibus invenit. In campum et ipse ardenti ut erat ingenio descendit, pluraque de re in diariis conscripsit. Anno sequenti docteur ad Lipsiense athenaeum advocatus, doctissimorum amicorum in societate vivens, tum opera designavit sibi de litteris atque de historia exaranda, tum reipublicae intendit novo diario *Deutschen Verein*. Eius immo causa, oppressa seditione illa populi Berolinensis gravissima, accusatione captus, sua cathedra poena nomine est pulsus. At paulo post ab Helveticis, ut in Turicensi athenaeo ius legeret, invitatus ivit, ibique dum multa de Helveticæ reipublicae antiquitatibus prodit in lueem, cuiusdam librarii ut faveret postulatis, historiam illam Romanorum scribere coepit, quam hodie reliquit non mole quidem excellentem, sed criticæ, quamquam praeter modum gravis neque integræ omnino, insigne documentum.

Quo pervulgato libro nemo est qui dieat quot in illum obortae sint inimicitiae et amicadversiones, cum pristinam Livianam historiam de Romanis originibus paene subvertere sit visus.

NIheburii enim gressibus insistens severissimi iudicij artibus non usus est modo, sed abusus: id vero tanta doctrina perfecit, tanta eruditio, tam subtili acie ingenii tantaque stili venustate, ut in admirationem sui facile post se lectores pertraheret, etsi contrarios. Sed in eo libro, quod fuerit sibi de republica iudicium etiam revelavit ex admiratione illa, quam de Divi Iulii nomine et gestis et victoriis et mente absque limitibus aperuit. Hunc enim asservit saepe summum hominum fuisse, nee illi in recentiori historia quemquam esse comparandum; unum illum armorum triumphos et vim extulisse; illum adventum Germanici Imperii, quod post bellum Gallium fuit, quodammodo comparasse.

Ceterum Momnsenius, cum praesertim Berolinensis academia de *Corpo inscriptionum latinarum* colligendo illi dedisset curam, Berolini posuit domicilium, ubi etiam in athenaeo philosophiam legit. Uxorem duxerat Ca-

roli Reimeri  
tunc temporis  
obiisset, ipse  
tractandum sus  
cum Alberto  
deinde devinc

Neque tam  
praecipua heic  
nologia — Nu  
norum historie  
C. Iulii Solin  
lium — Ius p  
numenitum Germ  
composuit, cui  
sed Corpus ins  
atque Epheme  
lustravit.

Post conditu  
imperium inter  
electus. Tunc  
agere est visu  
norum quasi in  
tanta gloria au  
que administratio  
viribus est adv  
propositis Germ  
pessundari atq  
desiderati iuri  
re immo, cum  
gasset, a Bisma  
Verum tanta e  
tas apud suos,  
defensione eloq  
satione solutum

Sed tamen p  
si publicam ren  
totus ad dilecta  
mirabilis alacrit  
evulganda disse  
diit ad Corpus il  
augendum, et in  
omni parte.

Ita tranquillu  
nulli disceptatio  
vitae exitum pro  
donis et gloria eu  
visa est. Quod en  
narraret vix esse  
favente Quiritui  
bis, eiusque regi  
sta, omnemque p  
senio, atque Ger  
poene deleta, la  
nullum, repente  
bis foro patuere  
legesque regiae,  
pulerum, a roma  
mendata, ab hi  
Titi Livii victor  
latini saecula ori

Hoc detrimentu  
nis gloria viri  
stione ictus, die  
bris supremum s

Ante eius sep  
sublato, nos debiti  
viro, qui inter d  
cuit; emieuit no  
patriae suaee ear

Napoleonici imperii, dum resonat adhuc omnis, dumque ferta. Altonae prima einde Kielense adiit turus. Ab ea tamen eritate deflectere latiae sua detimento, oecis navabat opille est, qui anno lit lectissima; nonne nostri germanica lntam eodem anno, or in iure, periculo satus; quin etiam aere satus, primum iter per nium instituit. Tum, vulgavit de antiquipraesertim deque inermultos, quos Neas edidit quasi auspi- s, quo monumentum

rmans omnes et Da- ipublicae evertendae pum et ipse ardent plaque de re in sequenti doctor ad peatus, doctissimorum vens, tum opera de que de historia ex- intendit novo diario nmo caussa, oppressa colinensis gravissima, cathedra poenae no- o post ab Helveticis, o ius legeret, invita- ta de Helvetae rei- rodit in lucem, cuius postulatis, historiam e coepit, quam hodie excellentem, sed cri- modum gravis neque documentum. nemo est qui dicat inimicitiae et animam Livianam histo- us paene subvertere

us insistens severis- us est modo, sed trina perfecit, tanta ingenii tantaque irationem sui facile ret, etsi contrarios. it sibi de republica admiratione illa, e et gestis et victoriis aperuit. Hunc cum hominum fuisse, quemquam esse com- norum triumphos et tum Germanici Im- lieum fuit, quodam-

m praesertim Bero- pore inscriptionum edisset curam, Be- bi etiam in athe- xorem duxerat Ca-

roli Reimerii filiam, qui eius opera ediderat; tunc temporis - anno MDCCCLVIII - socer cum obiisset, ipse librarium eius commercium per tractandum suscepit, multumque adlaboravit una cum Alberto Delbrück argentario, quo cum deinde devinctus amicitia arctissime fuit.

Neque tamen a scriptis abstinuit; quorum praecipua heic memorare iuvat: *Romana Chronologia - Nummorum pecuniarumque Romanorum historia - Res gestae divi Augusti - C. Iulii Solini collectanea rerum memorabilium - Ius publicum Romanorum. De Monumentis Germanicae historiae partem illam compositum, cuius titulus: Auctores antiquissimi; sed Corpus inscriptionum Latinarum explevit, atque Ephemeride epigraphica constanter illustravit.*

Post conditum anno MDCCCLXX Germanorum imperium inter oratores populi et ipse adfuit electus. Tunc vero insuete plane contra se agere est visus; qui enim Caesarem Romanorum quasi informationem quamdam imperii tanta gloria auxerat, Germanico Caesari eiusque administro callidissimo Bismarckio totis viribus est adversatus. Eorum enim marte et propositis Germanorum civium libertatem aiebat pessum dari atque opprimi, neque iam esse tam desiderati iuris ullam copiam reliquit. Ea de re immo, cum acerrima scripta diariis evulgasset, a Bismarckio ipso in ius est vocatus. Verum tanta erat viri gloria, tanta auctoritas apud suos, tantaque refusit in sui ipsius defensione eloquentia, ut omni prorsus incusatione solutum iudices illum remiserint.

Sed tamen postremis hisce annis, veluti ac si publicam rem curandam fastidiret, redit totus ad dilecta studia, redit ad libros, atque mirabilis alacritate senectae ad nova in annos evulganda dissertationes, opuscula, libellos; redit ad *Corpus illud inscriptionum colligendum*, augendum, et indefesso opere perficiendum ex omni parte.

Ita tranquillus, honoribus auctus omnibus, nulli disceptationi poene obnoxius ad longae vitae exitum properabat, cum fortuna, quem tot donis et gloria cumulaverat, ei minus favere ultra visa est. Quod enim ille cum Romanam historiam narraret vix esset suspicatus, accedit inopinato, favente Quiritium numine vetusto. Natalia Urbis, eiusque regales origines, Romuli patris gesta, omnemque prope regum historiam, a Momnasio, atque Germanicis eius sociis tanto labore poene deleta, lapidum testimonium, quo certius nullum, repente restituit. Detecta medio in Urbis foro patuere Numiae regis aerae et tempula, legesque regiae, quinimo et ipsum Romuli se- pulcrum, a romana traditione ad posteros commendata, ab historicis Romanorum collecta. Titi Livii Victoria iterum insonuit, nominisque latini sacrae origines tuto assertae fulserunt!

Hoc detrimentum passa est in supremis annis gloria viri doctissimi, qui cerebri congesione ictus, die prima exacti mensis Novembris supremum spiritum efflavit.

Ante eius sepulcrum, quovis partium studio sublato, nos debitum honoris meritum tribuimus viro, qui inter doctissimos aetatis nostrae emicuit; emicuit non solum scientia, sed etiam patriae sua caritate.

I. ANTONELLI.

#### CONSISTORII AULA IN PALATIO VATICANO.


**S**OLEMNIA, quae primis elapsi mensis Novembris diebus, ad novos Purpuratos Patres creandos, in palatio Vaticano habita sunt, inducerent ut aliquid ex opportunitate de sacro consistorio diceremus, nisi iam alias fuse de re essemus locuti (1). Illuc igitur socios qui notitias haurire velint delegantes, hodie palati Vaticani aulam, exhibemus, in qua consistorium solet congregari.

Est, uti patet, satis ampla, picturisque muralibus tabulisque insignis; super altari peristroma emicat, Deiparam Virginem referens. Per circuitum sedes parantur, atque in medio, ad parietem, thronus pro Pontifice, qui adstat ac praeest pluviali indutus rubro, tectus caput mitra, phrygio opere aurato ac gemmis ornata.

Huc tamen non unice ad cardinales atque episcopos eligendos sacer convenit senatus:

sive morbis aere imbuto, sive sexcentis pestibus impune grassantibus, non mirum quod indesinenter sint qui, cognito fluviorum decursu, convia adstruere per fluvios itinera consentur, ubi avium omnino solum videatur. Magna inde cura adeuntum in notando series montium, anfractus vallium, agmina labentium, intercedentiumque fluminum. Ex his Mac-Millan, Anglus, multa nuper satagens in Nilo Caeruleo, ut navium compotem experiretur hunc a lacu Tsana ad Kartum; at consumpto in re anno, Addis-Abebam redit inanis; nam duae ex ratis quatuor, quibus utebatur, aestuantibus in praeeeps aquis, absorptae sunt. Hinc redditus.

In Africa Orientali caffei arbores adversis premuntur, nec secundi quid pollicentur; cannabis, et quidquid huic proximum, optima. Societas, quae circa Tanganicum lacum plurimas extruxit colonis mansiones, opima et felicia tenet, et procurrere longius audet. Negotiosus



Consistorii aula in palatio Vaticano (Photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

verum etiam interdum ad agenda alia Apostolicae Sedis negotia: haec enim vocis *consistorium* vis ex ipsa Clementina de sent. et re iudicata (Gloss. cap. 2) (2). Itaque, sede vacante, in ipsa aula habitae sunt ante « Conclave » Congregationes, prouti suo loco ac tempore enunciavimus.

I. F.



#### GEOGRAPHICAE NOTAE.

**U**LT munus expleam, quae recens a geographis expeditionibus, sive profana sive sacra, in Commentario nostro hodie adnotandi, ex Africa ordinar. Quum enim Africa ea regio sit locis paene infinita, at asperrimis accessu sive desertis, sive monstris, sive aestu solis ardentis,

et argumentos homo, Durbanus genere, aurum, et pretiosa metalla quaerere studet in fluminibus Pangani, Wami, Ruin, Ruffigi, Mandadu, Mavudii, Umbekuru, Rovuma. Chevalier de lae Mamoun, quem laeui Tsciad aequant apud Dar-Rounga, et cuius ripas Goulla-Homares habitant, scribit lacum medium paludibus circumdata immensis, hippopotamis periculosum crebris; hyeme, crescentibus aquis, magnam agrorum partem obrutam. Centurio Langhald Bangoas barbaros ita repressit, subegit, ut integrum regio Camerun in pace inde quiescat. Uneres glebae, pingue solum, optimae pabulationes, incolae frequentes, et exteris non adversantes; plurimae pecudes, salubres aurae, aquae, aer. Bonum est illie esse.

Quae tribunus militum Savel tradiderat de regionibus inter fluentum ingens Benue et lacum Tsciad, in Bornu Germanicis subdit, copiosissimis, uberrimis, vera reperit peragror Africae Bauer. Sunt illie incolae mentis optimae, studiosi pacis, proni ad labores, agrosque

(1) Cfr. an II, num. XIII.

(2) « Consistorium coadiutio sapientum est ad consulendum; uti Romae est coram Pontifice cardinalium pro tractandis Apostolicæ Sedis negotiis ».

colunt, arboribusque multigenis fruuntur, atque inde omnia prospera praesumuntur; optima, opimaque, si commercia cum Dikoa provehantur stratis viis, adiunctisque singulis, quae sint ad rem: frumentum enim in Baghirmi regiones effertur, quo regio affluit, abundat; neque pecora desunt pulcherrima totius Africæ, immo exsuperant; speciosissimi præsertim arietes. Interea Gallica exploratio tota est in serutandis fluvialibus viis, quibus inter Tsciad et Benue facile itinera parentur.

Nee minus laeta feruntur a « Missione » Franciscana superioris Aegypti, circa cultum et humanitatem in regione Neve; illie enim opus Christianum in pace floret, consentientibus una Turcis et ethnicis. Aethiopia pariter pollicetur, P. E. Grison testante rem litteris, principesque regionis catholicis favent. Apud Gallas non minus bene res vertit, Ras Maconnen tradente Franciscalibus Capulatis filium educandum, erudiendum; quod præcipue emicuit in solemnî funere Ato Atemie coningis, qui Imperatoris consanguineus et historiographus est.

Inopia, fames, egestas contra apud Zambesi flumen, abhinc annos quinque, mortifera domi-

natur, nullis venientibus pluviis, propterea quod flumen illud ferme aret.

A Congo Gallico - Majumba - prope Atlantici Oceani litora, bona verba nunciantur. Prospéra illie omnia, et institutio catholica floret, novis catheecumenis augetur quotidie, et ex agris, quod sibi sufficiat, ad plenum haurit.

Ex Asia vero nuncios adversos omnino accipimus. In Sinis enim plurima sollicitudinis plena sunt, plena timoris. Episcopus Levest e Cuang-si nunciat illie incerta omnia bello, nuntare omnia timore ingruentis rebellionis, quae, instar nuperrimae, ferro et igni adversus Christianos, sive Europæi, sive Sinenses fuerint, truculenta saeviat. Accedit fames, accedit pestis; agri olim vastati, nunc deserti, squalentes, ineulti. Aspera ingrunt, fortassis et imminent.

Quae pariter habentur e stationibus Catholicis in Macedonia et in Armenia ita horrenda sunt, ut stupore simul ac dolore percellant. Stupore quidem, quia difficiliter intelligi potest qua de causa Europa christiana in pace ferat tot strages, incendia, excidia, exterminia, quae si in gregibus, non in hominibus exercerentur, compescenda tamen forent iudicio pietatis. Et

impune tamen completa diu lateque sunt in homines inermes, in mulieres, in pueros, in senes, nullo homine prohibente, nullo saltem exseerante, nullo minitante facillimam cuique ex nostris Augustis ultionem. Ubique fumus, incendia, sanguis, ruinae, inhumata cadavera interfeitorum. Oppida, vice centena et centena numerantur subversa, depopulata, arsa; imo non numerantur; summa difficultis. Quandonam, et quousque tandem finis omnino doloribus? Horret ac refugit animus, et a notandis resistit calamus intremiscens.

M. LANI.

## DIARIUM VATICANUM.

Mense Novembri an. MDCCCCIII die 1 SS. D. N. Pius PP. X audit eum virum Franciscum Mariam Benjaminum Richard, archiepiscopum Parisien. et clarissimum virum Carolum de Pontherie in publico Belgarum coetu legibus ferendis oratorem.

— die 11 Purpuratum Patrem Carolum Noella; excellentissimos episcopos Osachen., Alexandrinum Satelliorum, Hypaepen.; et Keher doctorem, novum historicæ Borussorum academicæ moderatorem.

9]

## SATURIO.

Comoedia latinis versibus conscripta et in tres actus distributa.

THE. (Iuvat me nunc hospitis personam fingere). Has ego nuper easu, sodes, intravi fores, Nec esse neveram Chremetis. Sed quoniam Adeo fortuna forte me adiuverit, Ut aedes viserem quin putarem senis, Eius videndi surgit nunc cupiditas. Hunc ego neveram, sed peregrinus iamdiu Quis seit an vivat?... Chremes hic nam dixerit Adhuc si vivat, ubi, quando rebitet hucce..... Erat mihi namque carus Theeuropides.

SAT. Cupis quid, hospes, scire de Theeuropide, Ipse eum prorsus nihil rescat senex? Enim Theeuropides abit peregre, Nihil cum fratri scriperit, nihil filio. Forsitan genio servit ille in Attica, Eum quin patriæ tangat memoria.

THE. Miror sane! novi namque Theeuropidem; Qui fratrem, filium diligebat maxime.

SAT. Dicis diligebat, tempus praeteritum. Sed nunc in praesens... Quis possit concepire Id aetatis virum, causa peculi? Domum relinquere, tutelam filii Seni concedere, stupido ac stolido...

THE. Qui novisti senem? Antea...

SAT. Novi equidem.

THE. Da, quae!

SAT. Ex uno neveris consilio. Ego nam hodie prandebo hic opipare Apud Chremetem, qui me credidit hospitem, Quod est et caput Theeuropidem hospitem!

THE. Quonam modo?

SAT. Mane eiulantem audiveram, Quod nullas prorsus litteras accepérat A Theeuropide: venit tunc consilium Dolum conficiendi: me venire nomine Fratris lenitum doloris stimulus.

THE. Senex vero?

SAT. Belle incidit in tragulam.

THE. Lepidum sane commentum! Pol maximus Vir es! Ecquando autem peragetus prandium?

SAT. Mox, mox: nam venter latrat iam meus.

THE. Ast ego velim, hospes, adire senem.

SAT. Alia redi die; nunc illi non vacat.

THE. Quonam redeam?

SAT. Alio. Quam molestus es? Nunc nobis est tempus prandendi commodum. Ultra nec stomacho noeeas tu meo (1).

### VII. THEUROPIDES (2).

Stomacho paream, non paream pol humeris! Iterum atque iterum, dii, vobis grates ago, Qui me fecistis reducem opportunissime. Seio quid faciam, ut deprehendam hocce fa- [cinos. Est mihi in sacro postici clavis ostii, Quam mecum detuli quasi ex praesagio. Confestim capiam: tune me in aedes claneulum Per posticum insinuabo, et me domi oeculum Donec versutum captabo in versutias. (3)

### VIII.

CALIPHO et postea CHREMES.

CAL. (4) Dixit nunc alium hospitem Pamphilus Nuper venisse, nomine Theeuropidis. Quid hoc? Chremetem nolim ludicrarier. Iuvat sed res meis observare oculis. At, at... qualis odor gratius nunc obsonii Meas ad nares volitat, pereutit. Grandis quae coena praeparatur a coquo! Fore pol prandii spero consocium! Loquar Chremeti, prudentius differo Fratrem venisse, fratrem quem cupiverat. En ipse! Bonum!... Salve, Chremes!

CHR. Oh Calipho!

Mei quod in partem veneris gaudii, Laetus sum, Calipho; novi quod me diligis. Enim quid carius, nobis optabilius Mihi nunc poterat seni succedere? Nihil, quum magis desiderarem antea. Gandeo nunc, Calipho, sine modo gaudeo.

CAL. Eum vidi prius, gratius ero munere. Enim ne nimius tibi daret gaudium, Misi ego gerulum portantem vidulum Atque dicentem...

CHR. Quin imo mercedulam Ipse dedi lubens quærenti gerulo. Qui malis verbis detrectabat hospitem.

CAL. Detrectabat hospitem?

CHR. Qui dedit vidulum!

(1) *Introgreditur.*

(2) *Eum oculis sequitur, et baculo minitatur.*

(3) *Exit.*

(4) *Introgreditur gravi incessu, et quae audierit ad miratus.*

CAL. (1) Dedi sed ego vidulum, Theeuropidis. Apud me tempore qui devorsus brevi.

CHR. Vidulus est Theeuropidis? Quae confusio! Hospes?

CAL. Theeuropides!

CHR. Ipsus?

CAL. Ipsissimus!

CHR. Noli me irridere.

COL. Dii me perdunt,

Chremes, si mentior: ipse oculis meis Vidi domi, ubi est locutus aliquantulum. Huic me praecessit antea!

CHR. Quae novitas!

Eamus intro, Calipho. Quaeramus eum.

Omnis nos domus vestigemus aditus! (2)

### IX.

STROBILUS, SATURIO et CALLIDORUS ex contrariis partibus.

SAT. (3) Hac ego eripiar cōqorum manibus.

En verus hospes! peri, interii, occidi!

STR. Tene, asta, furcifer, manum da dexteram; Execute pallium, namque de Graecis dubito: Quid nempe Graeci velint optime scio.

SAT. Quid scis, mastigia!

CAL. (4) Veni, Stobile, Stobile!

STR. Iube, quid vis, herule mi.

CAL. (5) Quaerito patrem.

SAT. (Opem mihi fert, Bacche sanctissime!) (6)

CAL. Quem tu putabas, esse tantum hospitem,

Erat pater! Oh gaudium!

STR. Quid sit nescio.

Pater furunculus?

CAL. Mutatis vestibus,

Mutato et nomine, fieta voce et moribus

Domum venit.

STR. Forte nos ut deprehenderet.

CAL. Nunc ergo intellego cur ipse dubius

De se responderet.... At non intellego

Amor eur meus non neverit patrem.

At qui mutatus! Dicam sed in melius.

STR. Ego iurarem vos somniare somnum!

Sed inter verba volucris ipse evanuit!

(Ad proximum numerum).

### I. B. FRANCESIA.

(1) *Admiratus maxime.*

(2) *Introgrediuntur.*

(3) *Accedit magna cum cautela.*

(4) *Ex aedibus.*

(5) *Eriens.*

(6) *Fugit.*

Rm̄s viros  
notto, Iuliam M.  
Giorgi inter Ar

Repentino mo  
tonius M. De I

— die iii aditus a

Aloisio Macchi

Iosepho Callega

glieri, episcopo

trionalis Vicario

moderatori Sale

cietatis Marian

Rm̄s Aloisius

apud Saerorum

— die iv, mane, e

viri Alfonsus Gi

nen.; Henrieus V

meronen.; I. Al

caeus, ab epis

putatus; R. Bolx

legatus; Philippu

milius Massimo,

Denifle ex Ordin

tici alter a tab

Seminarii Roman

cario coram addu

ternae benevolent

dicit.

— die v excipiunt

episcopus Ragusin

drien.; Casimirus

de Propaganda fi

Belgarum academ

— die vi Purpurati

Seraphinus Vanu

ciseus Bourne, ar

Paulus Carolus O

sius Serlupi Cres

— die vii adiutori

episcopus Ragusin

drien.; Casimirus

de Propaganda fi

Belgarum academ

— die viii adiutori

episcopus Ragusin

drien.; Casimirus

de Propaganda fi

Belgarum academ

— die ix adiutori

episcopus Ragusin

drien.; Casimirus

diu lateque sunt in  
alieres, in pueros, in  
hibente, nullo saltem  
ante facillimam cuique  
ionem. Ubique fumus,  
e, inhumata cadavera  
ici centena et centena  
populata, arsa; imo non  
ficialis. Quandonam, et  
mnnino doloribus? Hor-  
et a notandis resistit

M. LANI.

ccccccc die i SS. D. N.  
virum Franciscum Mariam  
archiepiscopum Parisien. et  
um de Ponthiere in publico  
ferendis oratorem.  
rem Carolum Nocella; ex-  
Osachen., Alexandrinum  
et Keher doctorem, novum  
academicae moderatorem.

lulum, Theuropidis,  
i devors brevi.  
dis? Quae confusio!

Ipsus?  
Ipsissimus!

me perduint,  
ipse oculis meis  
eetus aliquantulum.  
ntea!

Quae novitas!  
Quaeramus eum.  
us vestigemus aditus! (2)

et CALLIDORUS  
*s partibus.*

coquorum manibus.  
ii, interii, occidi!  
manum da dexteram;  
que de Graecis dubito:  
elint optime scio.

eni, Strobile, Strobile!  
mi.

Quaerito patrem.  
eche sanctissime!) (6)

e tantum hospitem,  
um!

Quid sit nescio.

atis vestibus,  
a voce et moribus

os ut deprehenderet.  
ur ipse dubius  
At non intellego  
overit patrem.  
n sed in melius.  
niare somnum!  
ris ipse evanuit!

I. B. FRANCESIA.

tela.

Rūnos viros Petrum Angelini, Franciscum Zanotto, Iulium Malvezzi, Iulium Tiberghien, Orestem Giorgi inter Antistites Pontificiae Domus adlegit.

Repentino morbo corruptus Romae moritur Antonius M. De Lorenzo, archiepiscopus Seleucien. Isauriae.

— die iii aditus apud Pontificem est Purpurato Patri Aloisio Macchi « Brevium » a secretis; excēns viris Iosepho Callegari, episcopo Patavino; Ioanni Cagliero, episcopo Magidensi et Patagoniae septentrionalis Vicario generali; rūnis viris Michaeli Rua, moderatori Salesianae familiae, et P. Martin, Societas Marianae rectori.

Rūnus Aloisius Martini Protonotarius Apostolicus apud Sacrorum Rituum Congrēm addicitur.

— die iv, mane, coram Pontifice admittuntur excēns viri Alfonso Giordano, episcopus Calven. et Theanen.; Henricus Vieter, praefectus apostolicus Cameronen.; I. Allo, cathedralis ecclesiae Briocen. caicus, ab episcopo suo « ad limina » visitanda deputatus; R. Bolxinger, Metensis episcopi pariter legatus; Philippus Orsini, princeps Urbanus; Aemilius Massimo, Rignani dux; et rūnis p. Henricus Denifle ex Ordine « Praedicatorum » archivi Vaticani alter a tabulario. Vespre autem Pontifici Seminarii Romani alumni, ab ēno Card. Urbis Vicario coram adducti, quibus pientissimam et paternae benevolentiae plenam orationem Pontifex dicit.

— die v excipiuntur excēns viri Iosephus Marcelli, episcopos Ragusini.; Iosephus Staiti, episcopus Andrieni.; Casimirus Skirmunt, a consilis S. Congrēis de Propaganda fide; Ursmar Berliere, historiae Belgarum academiae praepositus.

— die vi Purpurati Patres Franciscus Richard et Seraphinus Vannutelli; excellentissimi viri Franciscus Bourne, archiepiscopus Westmonasterien.; Paulus Carolus Origo, episcopus Mantuan.; Aloisius Serlupi Crescenzi, equiso maior, eiusque fa-

milia; cl. v. Iosephus Sacchetti, eques, Florentini diarii *L'Unità Cattolica* moderator.

Rūnus vir Ioannes Pierantozzi, Antistes domus pontif. eligitur; Fridericus Tedeschini ac Nicolaus Canali inter intimos cubiculares P. M. referuntur. — die vii adeunt Pontificem eius Card. Aemidius Taliani, pro-legatus apostolicus apud Austros et Hungaros; excēns viri Camillus Massimo, princeps Urbanus; et episcopi Antibaren., Chicoutimien., Anagnin., Licien.

— die viii, mane, Purpurati Patres Andreas Aiuti, pro-legatus apostolicus apud Lusitanos, et Ioannes Katschthaler, archiepiscopus Salisburgen.; nobilis vir Wolfram de Rotenhan, dynasta, apud apostolicam Sedem Borussorum legatus; denique adolescentum agmen qui hac die saera synaxi primum refecti sunt. Vespre, post excēnum virum Raphaelem Merry Del Val, iam Hispanorum apostolica legatione perfunctum, eiusque uxorem, in cavaedio Damasiano Urlani cives paroeciae SS. Vincentii et Anastasi.

— die ix in palatio Vaticano Pius PP. X secretum consistorium habet, in quo post dictam « allocutionem » (1) Purpuratos Patres renunciat excēns viros Raphaelem Merry Del Val, archiepiscopum Nicaenum, pro-secretarium suum ad publica negotia atque etiam a secretis Congrēis S. Consistorii, Londini natum die x mens. Oct. an. MDCCCLXV; atque Iosephum Callegari, episcopum Patavinum, ac Pontificio Solio adstantem, natum Venetiis die iv mens. Novembr. an. MDCCXLII. — Deinde episcopos proponit, prout sequitur: Pro dioecesi Monterey. Angelorum, in Metropolitanam evecta, excēnum virum Iosephum Raymundum Ibarra, illius sedis episcopum; pro d. metr. Mohilovien. et Minscen. e. v. Georgium Iosephum Eliseum Szembek; pro d. S. Pauli in Brasilia e. v. Iosephum da Camargo

(1) Cfr. num. sup.

Bargos; pro d. Vilnen. e. v. Eduardum De Ropp; pro d. Sebenicen. rūnum v. Vincentium Pulisic; pro d. Piauhyen. in Brasilia r. v. Antonium Fabritium de Araujo; pro d. tit. Pergamena r. v. Henricum Wolmar. — Denique dioeceses enunciatur, quibus iam antea litteris in forma « brevis » provisum est.

— die x, mane, Pontificem invisunt Purpurati Patres Vincentius Vannutelli et Beniaminus Caviechioni; excēns vir Laurentius Passerini, archiepiscopus Antiochen.; r. p. Herzog, procurator genīlis congēis S. Sulpitii. Vespre in « lapidum museo » visendi Pontificem potestas facta est Tarvisinis peregre in Urbe profectis ad DCCC numerum.

In palatio Vaticano S. Rituum congregatio habetur ad disceptandum a) de validitate processuum sive apostolica sive ordinaria auctoritate instrutorum in causa beatif. et canonizat. Ven. Fr. Modestini a Iesu et Maria, sacerdotis professi Ord. Minor. S. Francisci; b) de validitate et « relevantia » processus apostolica auctoritate instructi super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum « in genere » V. S. D. Michaelis Garicoitz, sacerdotis conditoris congēis Presbyterorum a SS. Corde Iesu; c) item V. S. D. Ioannae Delanoue, institutricis Sororum a S. Anna, a Providentia nuncupatarum: d) de cultu numquam exhibiti, iuxta decreta sa. me. Urbani PP. VIII, r. fratri Benildi e congēis Fratrum Scholarum Christianarum.

Bononiae xix Italorum catholicus coetus congregatur.

— die xi post auditos excēns episcopos Recineten. et Lauretan., ac Tarsen., et S. Consistorii advocationis, SS. D. N. sollempni ritu in « consistorii aula » Purpuratis Patribus recens creatis pileum imponit.

Excēns vir Caetanus De Lai Congēis S. Concilii Tridentinis decretis interpretandis a secretis renunciat.

— die xii in « aula regia » palatii Vaticani habetur publicum consistorium ad petasum imponendum

et:

.... *omnibus princeps.*

In Plauti Terentique fabulis obvia exempla. Missella! Quis tibi tutor in tam validos et tam callidos? Affectu ego; nescio an viribus, et fortasse fuerim, ut ille ait, solatum potius litis, quam auxilium. Pindari convicium primo qui refellam? Nec capio quidem. Adulterinam incertamque litteram esse vult. Quid ita? Nihil video. Hoc scio, sive sonum, sive indolem aspicias, germanam esse germanae vocis prolem. Si qua iustae litterae nota ei abest, magne vates, pro ea noter ego. — At enim sibilat. — Hoc, credo, voluisti, et tecum rhetorista ille, qui eam appellat θηριώδη, quod serpentinam, sive viperinam interpretatur — (male alii ferinam et brutalem) — quia sibilus ei serpentum. En crimen! Quin tu litteram R igitur spensis, quia canum? M, quia boum? B quia ovium? Nam irriunt haec animantia, mugunt, bellant. Tamen cedo, cum invidiosum hunc sibilum serpentum dicis, de ventis, arboribus, hominibus, quid censebis? Quorum sibilos esse, et quidem suavissimos non negabis. Quid tibi et fistulis facies? Quas hoc argumento abicies ex humana vita. Ipsae serpentes utinam hoc uno malae! Amem ego eas, adeo non culpem. Amplius dico; res optimas, res suavissimas prisci nomenclatores hac littera notarunt, velut natura duce. In caelum suspice: occurrit stellae, sol, sidera; in terram despice: agnoscet sesamum, saccharum inter dulcioria; susurrus, suavia, basia inter amatoria; et inter vitae gaudia somnum, salutem sanitatem. Litterarum ipse sonus, qui sine hoc sono? Inepte igitur et vano tu, qui humanissimam litteram indigites *theriode!* Plato verius, qui πνευματιῶδης; recte enim ita vegetam et spiritalem notulam agnominat, quamque homines amant et aestimant. Maurus bene:

*Vivida est haec inter omnes, atque densa littera.*

(Ad proximum numerum).

I. LIPSIUS.

13]

## SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS.

DE RECTA PRONUNCIATIONE LATINA LINGUAE  
DIALOGUS.

In ista urbe, domo Episcopi Aquinatis:

Θ CN · OGULNIUS · CN · L ·  
NICEPHORUS  
(Θ) (1) GULNIA · CN · LNICE  
V · L · SAFINUS · C · L · SURUS ·

Ubi duo mortui signantur; postremus vivus. Item ad Marianum templum:

Q · EPIPIUS · Q · F · CORRUPP  
Θ CLODIA C · L · SILENIO  
Θ EPPIA L · F · PAULI VOTE  
NNIANA MATER  
EPPIA M · F · POLLIA ·

Item alibi, in aedibus Francisci Porci:

V · D · LABERI · DD · ET · C · L · SYMMACHI ·  
Θ LABERIA · D · L · ET · C · MUSA ·  
V · D · LABERI · D · L · EUTICUS ·

Atque haec fortasse caussa verior, eur Θ mortiferum dictum, quam quod in iudiciis damnandi ea nota. Ausonium quidem ego hue adspexisse confirmem, cum in impurum illum Eunum scripsit:

*Tuumque nomen theta sectilis signet.*

Mortem enim ei precatur, et adscribi ad defuneti eius nomen optat Θ.

XV.

Dabo et seingem, sed quae circum pervolabit levirota. In H enim, I, L, M, N, R quid insistam? De sono et elatione constat; et vix, si quis velit, in iis peccet. Naturam autem aliam litterarum indagare, non hic meum opus. H sive littera, sive flatus est,

(1) Hoc theta inclusum ita Θ litterae.

.... *vita illa digna loco;*

Purpuratis Patribus Aiuti, Taliani, Katschthaler purpura iam a sa. me. Leonis PP. XIII donatis, atque Merry Del Val et Callegari, inter Cardinales nuperrime adlectis. Inter sollemnia Philippus Pacelli eques torquatus, S. Consistorii advocatus, tertio perorat beatificationem V. S. D. Bartholomaei Menocchio ex Ordine Eremitarum S. Augustini. Ritu absoluto, secretum consistorium colligitur, ibique SS. D. N. post edictos r̄nos viros Iulianum Miranda y Restner et Franciscum García y Lopez, alterum episcopum Astoricen, alterum Lorynensem et auxiliarem eñi episcopi Valentini, et annum praeferat Cardinalibus impositum, eñi Andreae Aiuti presbyteralem titulum S. Hieronymi Illyricorum et SS. Congnies Concilii, Caeremoniarum, Exterorum negotiorum extra ordinem, Lauretanam assignat; eñi Aemidio Taliani tit. S. Bernardi ad Thermas et SS. Congnies Episcoporum et Regularium, Exterorum negotiorum extra ordinem, Indulgenciarum et Saerarum Reliquiarum, Lauretanam; eñi Ioanni Katschthaler tit. S. Thomae in Parione et SS. Congnies Consistorii, Episcop. et Regul., Concilii, Indulg. et Saerar. Relliq.: eñi Raphaeli Merry Del Val tit. S. Praxedis et SS. Congnies Inquisitionis, Concilii, Sacrorum Ritum, Exterarum rerum; denique eñi Iosepho Callegari tit. S. Mariae in Cosmedin, et SS. Congnies Episc. et Reg., Concilii, Saer. Rit., Studiorum.

« Chirographum » mittit ad eñum virum Raphaëlem Merry Del Val, quo publicis Catholiceae Ecclesiae negotis gerendis praeficit.

Exenius vir Iosephus Apollonio, episcopus Tarvininus, diem obit supremum.

- die XIII excipiuntur exenii viri Paschalis Guerini, archiepiscopus Scodren. et Iosephus Due, episcopus Augustan.; Haberl doctor, rector musicæ scholæ Ratisbonensis; atque in « aula Clementina » et praeter « peristylum secundum » Mantuanu peregrini.
- die XIV Purpurati Patres Antonius Agliardi, S. R. E. Vice-Cancellarius; Franciscus Segna, Tabulario Vaticano praepositus; Alfonso Capelatro, S. R. E. bibliothecarius; r̄mus p. Bonifacius Krug, abbas Casinensis; nobilis vir Bruno Chaves, apud apostolicam Sedem Brasiliæ legatus; aliquie sive statu, sive pietate insignes.
- die XV Purpuratus Pater Ioan. Katschthaler; exenii episcopi Westmonasteriensis, Homesen. Melchitarum, Hamaten; nobiles virgines Deo oblatae in Urbano ascetery ad Turrim Specularum, agricolaene adolescentes suburbani ephœbei a Pio PP. IX conditi.

#### ACTUARIUS.

#### ANNALES.

Guilelmi Caesaris morbus — Macedonica pax restituta — Americana bella civilia — Sineses minae — Italorum regis iter ad Anglos.

De Guilelmi Caesaris gutturali morbo, quem diarii nunciarunt, haud levi angore Germani timuere, quia praesertim Fridericus, eius pater, simili morbo captus, ad vitæ finem ad ductus est primum ob suffoecatum in fauceibus spiritum, mox putreante vulnere, quod illi ad sanationem in gutture medici intulerant. Quapropter germaniae primum, deinde reliquis omnibus Europæ gentibus faustum fuit atque felix chirurgi perita manu eum fuisse a morbi insidiis liberatum, ac paullatim, recluso vulneris ostio, convaluisse. Itaque nos etiam auguramus ut, proximo in itinere quod est suscepturus, Caesar ad nos iterum descendat, mitique et salubri Italorum litorum aëre pristinam in valetudinem redeat.

Laeto etiam auspicio procedit Macedonica pax. Nam concessis, aegre quamvis, a Turca-

rum rege legibus, quas Austrorum Russorumque gubernia iuncto imperio ab eo expostulaverant, brevi visum est fore ut Christicole eius in ditione viventes meliori fruantur iure vivendum satis aequa iustitia, tum commerciis, tum denique publicis magistratibus firmati. Quamobrem in Macedonum finibus, ad restituenda detrimenta oppidorum templorumque bello inflata, manus apposnere cives et milites, adiuvante totius Europæ pecunia ad rem late con gesta. Domus Krasevi et Kazae et Kastoriae, Smilevique et Florinae iterum aedificantur, quas ignis absumperat; praefectus in eas civitates missus obolum dari inopia adfletis, et maxime perfugis, iussit; Graeci etiam magistratus per suos episcopos ingentem pecuniam ad fratres auxiliandos tradidere; dum interim vocati ex Belgarum exercitu centuriones operam conferunt alaerem ut vigilum armatas centurias iterum componant et certis legibus militiam ducere addiscant.

★

Sed si res ita in Orientis regionibus procedunt, longe aliter in Americis vertuntur. Panamensis nova respubica constituta est, proximamente Sancti Dominici insula iam undique seditionis igne pessumdat. Panamenses enim Columbianam civitatem, cui erant addicti deseruere, ut tandem aliquando — ita saltē confessi sunt — fovea illa maxima suum per litus excavanda perfici valeat, qua communicatis maximis Oceanis, totius orbis divitiae cito itinere hinc inde commutentur. Quae res quantae utilitatis incolis futura sit nemo est qui non videat; ita plane, ut morae impatientes, quam Columbiani magistratus tanto fato provehendo interponebant, in seditionem concitati cives suae ditionis esse oportere conclamarint armisque Columbianorum praesidia eiecerint. Qui quidem brevi ad ultionem descendissent, nisi seditionem provinciam borealis Americe statim naves et copiae advenientes ab omni hostium in cursu tutatae essent. Hac igitur tutela erepta suis dominis fovea oceanica iam vacat, quam plerumque Americani nordici tamquam rem sibi commissam pecunia sua perficiunt et sua auctoritate invigilabunt.

Similia cavere iam de parum dissita Sancti Dominici insula videntur, quae inter Cubam et portum Rico, novissimas eorum terras, eminet. Diuturnis enim iam bellis civilibus agitatur insula omnis: postremo, iterum flagrante bello, urbs caput a seditionis copiis obsidione eingitur ita ut magistratus reipublicae diem aeris alieno publico solvendo indictam abrogant. Cui ut medeantur potissimae iniuriae incertum est quae Americani ceterique populi eavenda censeant, quorum classes iam illos ad portus convenere.

★

Ad dissensiones quae inter Iaponios et Russos aestuant, Sinenses accessisse dicuntur, iique aut sua mente, aut a Iaponiis concitati, ut in Russos Mandehuriam provinciam occupantes arma parent. Ferunt eorum iam legiones multas provinciae fines invasisse, Russosque dum ad Yun-Chi-Kai iter faciunt in quoddam agmen occurentes, ad pugnam fuisse coactos. Neque ab armis congerendis abstinent interea Iaponii, ita ut belli rumores gravius in dies insonent.

★  
Pacis sponsio contra tutior fit nobis Europam incolentibus. Quam firmavit novissime Victorius, Italorum rex, itinere ad Anglos suscepto, quod perfecit inter ovantem populum, ea praesertim die quum Londinum lustrans Curionum urbis aedes ditissimas *Gild-Hall* invitit. Apud Anglorum regem cum regali uxore hospitio mansit in Windsoriensi oppido, cuius in luco venatio quoque eius in honorem deta est.

POPLICOLA.

#### AENIGMATA

##### I.

Vilis planta putor. Crescens prope fluminis undas, vel lenis zephyri flamme mota tremo. Adde mihi vocem, quae duplet; illico planta utilior fio, fioque nobilior.

##### II.

Dulce melos meditor, dum pennis aethera pulso. Rho mihi praefigas: reddam tua guttura rauca.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Aenigmata an. VI, n. XIX proposita his respondent:

1) Miles, Limes; 2) Nemus, Sumen.

Ea rite soluta miserunt:

Guil. Schenz, *Ratisbona*, — Henr. Tarallo, *Neapoli*. — Alois. Libani, *Civitanova Picena*, — Lad. Lud. Podobinski, *Cracovia*; — D. Le Provost, *Brioren*, — A. Díeïl, *Ay, in Campania Gallica*; — I. Walter, *Neo-Eboraco*, — Car. Stegmüller, *Sabaria*; — Alf. M. Mattioli B.<sup>ta</sup>, *Asta Pompeia*; — Bas. Kabrel, S. I. *Praga*, — Ios. Wabner, *Varsavia Potonorum*, — Collegium Scholarum Piarum *Stellae*; — I. Rokozny, *Sandomiria*; — Ioan. Cantono, *Ceva marchio*, *Vercellis*; — St. Figielksi, *Prasnyso*; — Mich. Vidal, *Patna in insula Majorica*; — Alois. Cappelli, *Sentis*; — Am. Robert, *Marieville in Canada*; — Ioann. Galbiati, *Mediolano*; — Franc. Skiba, *Striegau*; — Seminarium Santanderense; — Andri. Piotto, *Matado ad Vicentiam*; — Iul. Sernatinger, *Dresden*; — Ad. Huza, *Gryboria*; — Civis Romanus, *Bremerhaven*; — Ios. Czudek, S. I., *Brozow*; — Petrus Tergestinus; — Ad. Skrzypkowski, *Sicinice*; — P. Garrone, *Pezzana ad Vercellas*; — I. Pagès, *Penang*; — H. Gini, *Aquis Tauri*.

Sortitus est praemium

HENRICUS TARALLO.

ad quem missum est THOMAE VALLAURI opus, cui titulus:

HISTORIA CRITICA LITTERARUM LATINARUM.

#### LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

D. RODARI. *Esercizi sintattici francesi* con oltre cento tracie di componimento, numerosi temi di recapitolazione e un indice alfabetico delle parole e delle regole. — Mediolani edid. Hulrieus Hoepli, 1904. (Ven. lib. 3).

Prof. VITO QUARANTA. *Sintassi greca* con una lettera del professore Vigilio Inama. — Ibid., 1904. (Ven. lib. 1.50).

A. BARTOLI. *Stilistica latina*. — Ibid., 1904. (Ven. lib. 1.50).

OCTAVII CAGNACCI E S. I. ODAE. *Editio altera auctior*. — Mediolani, ex off. Oliva et Somaschi, MDCCCCII.

*Poesie Latine et Italiane* del Can. DOMENICO POMPILLI. — Romæ ex off. Vaticana, MDCCCLII. (Ven. lib. 1).

M. TULLII CICERO. *Pro L. Cornelio Balbo oratio*. — Introduzione e Commento di UMBERTO NOTTOLA. — Edid. officina I. B. Paravia et Soc. Romæ, Augustæ Taurin., Mediolani, Florentiae, Neapol. (Ven. lib. 1).

Albii Tibulli carmina selecta con note del Professor G. B. BONINO. — Ibid. (Ven. lib. 0.80).

*Dies Christi Natalis prævia*. Ad exemplar carminis Bohemicæ C. I. Erben, quod inscribitur *Stedry Den*, latine scripsit FR. PALATA. — Olomucii 1903 typis express. Kramár et Procházka.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMÆ — Ex officina *Puca* Phil. Cuggiani.

S. Ma  
Hoc  
rei long  
pretatione  
Cantici o  
vadori, l  
editi eur  
L. 0.50,

IUV  
artem;  
Si quis  
certiore  
Con

I tempora,  
voluisset, r  
feerunt pe  
rorum illus  
inaugurata  
euius nomin  
mum floret,  
riam. saecu  
Thoma nom  
lari consue  
apud poste  
Vasario, pi  
insigni, laud  
mine selecti  
sistentes, pe  
dam colorum  
subiectarum  
lorum acie  
homines fe  
non amplius  
a primis pie  
vix delineat  
ossibus vest  
municipiū a  
simulaerū t  
tes gentes a  
salutatum.

Maius auto  
urbis Frider  
rum ferias, i  
situm signum  
in memoriam  
gentes usque  
qui studium  
tatis scriptor  
evolvent par  
Sallustium d  
ctitas comm  
elegantia lat  
Eius enim po  
obversabitur  
lentus Catili  
eius legionum  
rex callidus

LE LAUDI LATINE  
E  
IL CANTICO DEL SOLE  
DI  
S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello, praeter venustam praeftatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, scriptam, continentur *laudes latine* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, et illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum hunc Iulius Salvadori, litteris tradendis in Romano Athenaeo doctor egregius, maxima edidit eura, ac Romae apud commentarii *Vox Urbis Administratorem* venit L. 0.50, in pauperum levamen.

IUVENIS QUIDAM ITALUS  
MEDICINAE DOCTOR

artem suam profiteri cupit apud exterias gentes.  
Si quis itaque officium aliquid ei offerendum habeat  
certiorem de re faciat

Commentarii *Vox Urbis* administratorem,  
qui negotium aget.

PER ORBEM

IMBRIFERO aëri, quem autumni huius flent  
tempora, laetius profecto, quam tempestas  
voluisset, respondit iter. Hoc enim gratum  
fecerunt per Italiam primum monumenta vi-  
rorum illustrum, quae recens fausto auspicio  
inaugurata spectavimus. In Arni fluminis valle,  
cuius nomine Hetruscum oppidum amoenissi-  
mum floret, datum fuit conspicere pictoris glo-  
riam. saeculo XVI ineunte qui floruit, cui  
Thoma nomen, quod corruptum deinde popu-  
lari consuetudine in *Masaccio* immutatum  
apud posteros manavit. Vir a Georgio illo  
Vasario, pictore non minus quam scriptore  
insigni, laudatur praesertim tamquam ex ag-  
mine selectissimorum, qui Giotti vestigiis in-  
sistentes, per Hetruscum solum ad perficien-  
dam colorum artem plurimum contulere. Nam  
subiectarum imaginum subtili et intenta ocul-  
orum acie figuram Masaccius perscrutatus,  
homines feminasque valuit ita reddere, ut  
non amplius vanae species, quae illuc tenus  
a primis pictoribus effingebantur, apparerent  
vix delineatae et ieuniae, sed vere carnibus et  
ossibus vestitae. Quamobrem iure fuit illi, in  
municipum aede, publica pompa a civibus suis  
simulacrum positum, atque merito inter ovantes  
gentes a novis nepotibus sollemniter con-  
salutatum.



Maius autem hoc Aquilana iuga, forumque  
urbis Fridericianae, quae tot vidit imperatorum  
ferias, prius sunt contemplata aliud pos-  
sumit signum. Stat enim aenea haec statua  
in memoriam viri, cuius nomen per cultas  
gentes usque insonabit, dum florebit latini elo-  
quii studium, et quasi fontem totius humani-  
tatis scriptorum antiquorum paginas pueri  
evolvent pariterque doctores. Caium Crispum  
Sallustium dico, cuius etsi nequeat vita sanctitas  
commendare nomen, peritia tamen et  
elegantia latine historiae semper iterabunt.  
Eius enim post lectam narrationem mirandam,  
obversabitur in oculis ferox ille atque truen-  
tus Catilina, nec quisquam obliviscetur  
eius legionum interitus. Stat pariter Iugurtha,  
rex callidus atque fortis in bello, stant eius

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS EIANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur

venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS administratorem.

SI QUIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

TORQUATI TASSI  
HIEROSOLYMA LIBERATA

a IOSEPHO TORALDO e versibus Italicis in  
latinos conversa,

apud *Vocis Urbis* administratorem  
ven. lib. 6.

in fratres scelera, ignominiosa clades, vineula  
terrima, quae passus est ad mortem: quo-  
rum librorum magisterio tenella ab aetate  
edocti sumus, et animo elati.



Proximum, in ultima Italia, Tarentum no-  
mino, non - ehu! - laetitiae causa, sed moe-  
roris omnino. Nam ignitae pulveris acervus  
cuiusdam privati artificis in domo conditus  
negligentia exarsit repente, disiecit tonitru  
horrendo parietes, dominum parum prudentem  
ruinis oppressit domus sua, uxorem filiosque  
saxis vulneratos sauciosque reliquit, incen-  
dium denique gravissimum excitavit. Adven-  
nere vigiles extemplo, advenerunt milites, nau-  
taeque ex portu ecuerrunt una cum navibus  
praefecto militumque tribuno, civiumque in-  
genti turba. Horum omnium industria et la-  
bore non modo, sed audacia etiam ac virtute  
restingui, non sine periculo, flammæ potuerunt.  
At qui carum lugent amissum caput paternum,  
qui domum suam perditam ab imis funda-  
mentis pueri plorant, sarcire iis accepta ob ne-  
gligentiam parentum damna nulla poterit aetas.



Sed hoc longe gravius fuisset infortunium,  
si Vaticanum incendium, quod incuria famuli  
cuiusdam excitatum est, die mensis Novembris  
prima, ad proximam bibliothecam pervenisset.  
At, quid diego gravius? Estne qui thesauri  
prefum aestimare valeat, quod bibliotheca  
Pontificia continet? Quid igitur mirum si quum  
Vaticani vigiles tum numero, tum machinis  
inanem operam suam sensissent, urbanos ipsius  
Pontificis iussu convocaverint? Qui advenere  
repente, dueque ipso curione Urbano e Col-  
lumnensi familia, brevi labore et potentioribus  
machinis ignis rabiem edomuerunt. Pon-  
tifex die sequenti gratulatorias litteras tum  
ad curionem, tum ad vigiles eorumque centu-  
riones misit.



Sed... paulo maiora canamus! Neque Ver-  
gilii verba a re absonta; de poetis enim agitur.  
Quos quum imbre et nebulae prohibuissent  
a Parrhasio luco, Arcadia omnis provincia suis

in aedibus ad viam Urbis principem, prope  
S. Caroli templum, convenit. Celebratus illuc  
solemnis coetus est, ut inter clarissimos nostri  
eloquii nostraeque poeseos cultores honoris  
causa Pius PP. X quoque adnumeraretur. Quod  
factum est omnium plausu, datumque est ei  
nomen pastorale iuxta coetus leges, atque po-  
strem tu cantu, tum carminibus dictae sunt  
Pontificis laudes, quibus qua ampliore voce  
possimus, utque gestit ex intimo animus, ita  
accedimus.

VIATOR.

EPISTOLARUM COMMERCII.

Cl. v. I. WAB..., Varsaviae Polon. - Spatio  
deficiente de Kordeckio scriptum ad pro-  
ximum numerum differre coacti sumus.  
Cl. v. H. I. Dos..., Chicagine. - Ne socordiae  
vertas diuturnum silentium: tot tantisque  
sum oppressus laboribus! Sed tamen cogi-  
tatio saepius ad te volat; ne tu romana  
amicum obliviscaris! De «expositione»  
ad S. Aloisii urbem acceptissimae *Voci Urbis*  
literae fiunt.

Cl. v. E. DESCL..., Ecouen. - Utrum fuerit  
nec ne qui in latinam linguam Telemachi  
gesta converterit prorsus ignoro. Fontainii  
fabulas latine reddidit Ioan. Bapt. Giraud  
an. MDCCCLXXV: nunc autem in *Voce Urbis*  
late recognovit Fr. Xav. Reuss; qui, ubi  
opus absorbit, in volumen eas colliget.

Cl. v. F. A. So..., Radicenae. - Carmen lon-  
gum nimis, ut a nobis edatur; de scriptore  
vero notitiae acceptissimae erunt.

Cl. v. St. FIG..., Prasnygio. - Ob nimia seri-  
pta, non tuum unum ad acta, quamvis aegre,  
deferre oportuit!

Cl. v. V. HE..., Mendhusio. - En, tibi su-  
perius satisfecimus.

Cl. v. H. TAR..., Neapol. - Mittas, quaeso,  
aenigmatis a te propositi ad me solutionem.

Cl. v. Fr. PAL..., Prosteiov. - De vago illo  
homine repetitis notitias? Quid dicam, si nec  
mihi datum fuit habere? Scripti enim plu-  
ries, neque ipse respondit. Nihil denique  
restat, quam hoc

Sociis monitum.

Dabitur illi praemium, idque generosum, qui  
Arnulfum Viellot, nomine Gallum, sed universi  
orbis civem, alicubi terrarum invenerit.

A SECRETIS.

or fit nobis Euro-  
irnavit novissime  
ere ad Anglos su-  
uantem populum,  
Londinum lustrans  
mas Guid-Hall in-  
cum regali uxore  
iensi oppido, cuius  
us in honorem du-  
POPULICOLA.

TA

rope fluminis undas,  
mota tremo.  
olicat; illico planta

ennis aethera pulso,  
tua guttura rauca.  
FR. PALATA.  
e aenigmatis inter-  
arii moderatorem  
os, unus, sortitus,  
ANGELINI opus,  
RIS LATINIS.

posita his respondent:  
emus, Sumen.

ar. Tarallo, Neapol. -  
Lad Lud. Podobinski,  
en. - A. D'Ueil, Ay, in  
- Eboraco. - Car. Steg-  
B., Asta Pompeia. -  
bner, Varsavia Poton.  
tae - I. Rokozny, San-  
archio, Vercellis. - St.  
l, Paima in insula Ma-  
Am Robert, Marieville  
tolano. - Franc. Skiba,  
riense. - Andr. Piotto,  
tinger, Dresden. - Ad.  
Bremerhaven. - Ios.  
rgestinus. - Ad. Skrzyp-  
ezzana ad Vercellas. -  
Taur.

ALLAURI opus, cui ti-  
RUM LATINARUM.

ACCEPTI.

i francesi con oltre  
umerosi temi di ri-  
etico delle parole e  
ulricus Hoepli, 1904.

assi greca con una  
ama. — Ibid, 1904.

— Ibid, 1904. (Ven.)

Editio altera auctior.  
maschi, MDCCCCII.

an. DOMENICO POM-  
MDCUCII. (Ven.)

ornelio Balbo oratio.

MBERTO NOTOLA. -

oc. Romae, Augustae

eapoli. (Ven. lib. 1).

con note del Pro-

Ven. lib. 0,80).

Ad exemplar car-

d inseribit Stedy

. — Olomueci 1903

azka.

AMPI, iurisperitus.

Phil. Cuggiani.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS  
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCIV.

Pretium subnotationis est in Italia Libell. 4,80; ubique extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM  
COMMENTARI "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,  
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCII CONSTITUTA

ad libitum:

- a) Tabula metr.  $0,45 \times 0,22$  Pontificiae dominationis auspicationem referens a Pio PP. IX an. MDCCCXLVI peractam, et in Commentarii "Vox Urbis,, commodum unice ex antiqua tabula desumpta; *sive*
- b) Collectio chartularum electissimarum, quae distincta coloribus praecipua Romae, aut eius vicina redundunt; *sive*
- c) Urbis et Ianiculo monte prospectus. (Tabula aere cusa metr.  $1,10 \times 0,24$ ).

Donum, quod voluerit, quisque subnotans petet **primum intra mensem ab eius subnotatione** et cum ipso subnotationis pretio.